

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R.P. Francisci Arias, Societatis Iesv Theologi, De Oratione  
Mentali Et Mysteriorvm Vitae D.N. Iesv Christi &  
benedictae Matris eius meditatione**

**Arias, Francisco**

**Coloniae Agrippinae, 1616**

Cap. XXI. De examine post orationem instituendo, & methodo in his  
documentis obseruanda.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48934](#)

A.P.XX.  
rsectorum  
que ita ethi-  
ciones cui-  
as interdu-  
e passionis  
t, plerom-  
nā in hoc  
cōuenient  
doquidem  
umanitatis  
liuinæ suæ  
instrumē-  
operā dum  
cissim eam  
us venere-  
m per eam  
ndo, vici  
sideratio-  
, nobis ne-  
aus, idque  
Deo de-  
am in eius  
orte me-  
ans.

DE ORAT. MENTALI. 439

CAP. XXI.

De examine post orationem instituen-  
do, de horum documentorum spiri-  
tualium ypsi; deque recursu ad pa-  
nem spiritualem.

**O**RATIONE tempore debito  
Operacta, expediēs fuerit, ser-  
uum Dei ad se conuerti, &  
orationis successum examinare. Vi-  
dear, an iuxta documēta à nobis hic  
tradita, aliqua fuerit in re negligē- Examinā  
tior, an materiam meditandam bene da oratio  
disposuerit, an eius defectu aliquod quando  
in principio tēpus perdiderit, an va- finita est.  
nis cogitationibus locum dederit, à  
somno vinci se sinerit, superfluos  
intellectus d̄ scursus habuerit, in o-  
ratione iners & remissus fuerit, af-  
fectus exercere voluntatis neglexe-  
rit, debitam humilitatē in oratione  
adhibuerit, ea puritate intentionis  
qua oportuit ad eam accesserit, ma-  
gis propriam consolationem, quam  
Dei beneplacitum sectando: Aliqui Nō, quā  
interim dum orationi vacant, ipsam do fit.  
examinare cōtendunt, & reflextētes

T 4 . excu-

CAP.

DE  
est per  
intelli  
ratio fi  
eo an  
orat au  
tur vide  
tur. Qua  
fugiatu  
men no  
nem ora  
préderit  
inde ali  
agnosca  
gas, se ha  
& plurim  
deuncti  
fit, sua i  
scat, & e  
incepse  
Notar  
in hocce  
compedi  
ria libris  
las ad be  
de fruct  
si tamen  
oradum

440 FRAN. ARIAS CAP. XXI.  
excutiunt an debitè orent, an attenti  
sint, an affectus habeant, de quæ pec  
catis doleat, an admiretur & amet,  
sed his similibusq; dum intendunt,  
distrahuntur, & orationis filum ab  
ruptū amittunt. Atq; ut qui harmo  
niam optimè temperatam & cōcor  
dem audit, si inter audiēdum exami  
nare secū voluerit, num cātores ar  
tis regulas seruent, an verò in easdē  
impingat, ipsius gustū & suauitatem  
amittit: ita qui inter orandum ad se  
reflectūt, respiciētes an rite orei,  
quos affectus habeant, an bonæ ora  
tionis seruent regulas, orationis at  
tentionem & gustum amittunt. Pro  
pterea interim dū quis orat, hocce  
examen eum peragere, hancquere  
flexionem quam diximus facere, mi  
nimè par est, sed diligenter attēdere  
ad ea quæ meditatur. Quantò autem  
attētior fuerit eis quæ contēplanū  
& quātò intellectum quietioreme  
magis suspēsum habuerit, volunt  
temque inflammatorē, tantò minus  
aduertet ad ea quæ agit. Hinc s. An  
tonius, referēte Cassiano, aiebas, nō  
est per-

Simile.

Collat. 9.  
c. 13.

DE ORAT. MENTALI. 441  
est perfecta oratio, in qua seruus Dei  
incoligit quæ orat. Id est, quando o-  
ratio fuerit uti debet, is qui orat, ad-  
eò anterius est & suspensus ad ea quæ  
oratur contéplatur, vt nō reflecta-  
tur videns quid oret, aut cōtemple-  
tur. Quapropter ut hoc incōueniens  
fugiat, inter orandum hoc ex-  
amen nō instituatur, sed, ut dixi, in fi-  
nem orationis cōijciatur. Si quis de-  
p̄derit benè successisse, & fructum  
inde aliquem collectū, à Deo datum  
agnoscat, & hoc nomine gratias a-  
git, se hac gratia indignum cōfitens,  
& pluribus Deo idcirco nominibus  
deinsectum: si quid autem peccatum  
sunt, sua id accidisse negligētia agno-  
scat, & erubescēs veniam petat, de-  
inceps emendationem promittens.

Notandum etiam, quod quamuis  
in hocce breui de oratione mentali  
compēdīo, uti in alijs de hac mate-  
ria libris fieri solet, ordinē & regu-  
las ad benè orādum, & insignem in-  
de fructum colligēdum dederimus,  
sitamen contingat, aliquem dum ad  
orādum se componit, huius ordinis

T 5

obli-

442 FRAN. ARIAS CAP. XXI.  
obliuisci, aut aliqua ratione hasti-  
gulas & documēta transgreedi, verbi  
gratia prēparationē omitendo, nec  
initio orationis se humiliando, ne  
gratiam petēdo, vt faciendum sus-  
simus, non propterea turbari debet  
aut angi. Docem⁹ enim id quod me-  
lius & utilius: & plerumque facies  
hæc solitus, licet interdū in aliqui-  
bus erret, non propterea orationis  
fructum amitteret. Neque enim De-  
liberalitas hisce alligata est regulis  
sed si homo simpliciter & fieri  
cum desiderio bene faciendi pro-  
dat, et si aliquorum obliuiscatur, ni  
propterea diuina illum gratia viti-  
tare desinet; his tamen non obstan-  
tibus par est, vt homo quantum ei  
ex parte sua, semper quod melius &  
utilius sectetur.

Fræter li-  
bros spi-  
rituales,  
habēdus  
& magi-  
ster.  
Quin etiam Dei seruo imprima-  
vtile, vt aliquem magistrum spi-  
itualem, tam in hoc orationis en-  
citio quām in reliquis vitę Christie  
næ rebus cōsulat. Nam et si libri his  
de re agentes utilissimi sint, & in-  
signem in omnibus lucem adferant,  
non

A.P. XXI  
one hasto  
redi, verbi  
tendo, nec  
iando, nec  
endum sub  
ari debere  
d quod me  
que facere  
i in aliquo  
a oratione  
enim De  
est regulis  
& fieri  
ndi proce  
iscatur, q  
gratia vili  
on obstat  
iantum et  
i melius.  
imprimi  
rum spri  
onis eur  
e Christi  
i libri ha  
nt, & in  
adferant,  
now

DE ORAT. MENTALI. 443  
non camen omnes eorundem capa-  
ces sunt ad intelligendum omnia,  
singulaq;ae suis locis & pro subiecti  
dispositione applicanda. Propterea  
vile fuerit, præter libros habere vi-  
num aliquem magistrum & patrem  
spiritualem, qui in omnibus diri-  
gar, cui credas quem sequaris, illius  
confilia ac documenta velut à Deo  
data accipiendo. Nam, ut egregiè  
Vincentius Ferrerius ait, certissi- *Tract. de*  
*vita spi-*  
*mum est, hominem, patrem haben-*  
*do spiritualem, quem sequatur & rit.* *cap de*  
*obediat in omnibus, tam paruis obed.*  
quam magnis, breuius & facilius ad  
virtutis perfectionem pertingere,  
quam summo cum ingenio, intel-  
lectus acumine, librorum, in quibus  
totum virtutum ædificium perdi-  
cat, lectione. Quibus ille verbis  
offendit quanti referat documenta  
confiliaque patris spiritualis sequi,  
& maioribus obediens. *In tract.*  
*de quo iā ali*  
*de imit.*  
bi nonnulla diximus, & post dice- *Virgin. e.*  
mus. Ad consequendum autem fi- *33. & 34.*  
nem, quem sancto hoc diuinorum & hoc  
mysteriorum exercitio intendimus, *tractat.*  
scili-

444 FRAN. ARIAS CAP. XXI.

p. i. c. 2. &  
in appen-  
dice de  
bono sa-  
cramen-  
torum  
vſac. II.

scilicet ad benē meditandum, & il-  
lius adminiculo perfectā cum Deo  
vnionem, quæ perfecta fit caritate,  
obtinendam, præter media quæ lug-  
gessimus, vtilia etiam futura sunt  
temperantia in victu, potu, somno,  
exercitia pœnitentiæ, deliciarum  
superfluarum & curiositatium fugi,  
omnium passionum victoria, humili-  
tatis & omnium virtutum ornata,  
quorum non pauca in alij stra-  
Etatibus declarauimus, reliqua an-  
tem, quæ ad materiæ huius comple-  
mentum requiruntur, in alio de  
mortificatione tractatu;

Dei gratia, ape-  
riemus.

F I N I S.